

<p>OLPHI PRÆCEPTA.</p> <p>Tunc reduc locum Planeta ex Orbita ad Eclipticam: Curtatione vero utere ad curtati Intervalli Logarithmum formandum.</p> <p>5. Loco Planeta Eccentrico ad Eclipticam reducto, subordinata locum Solis verum, ut & Logarithmo curtati intervalli Planeta, Logarithmum Intervalli Solis, cum suo cuiusque signo.</p> <p>6. Tunc forma Angulum Computationis Orbis. Hujus Anguli Logarithmum ex Canone petitum, subscribe ordinatè Mesologarithmo Inclinationis, reliquo tamen intersticio interrumptaque.</p> <p>7. Formatis Angulo Computationis, & Proportionem Intervallorum Solis & Planeta, jam portio computanda est etiam Prosthaphæresis Orbis, & Elongatio Planeta à Sole definienda. Huius igitur Elongationis, qua in quo vis Planeta fuit, Logarithmum, qui per ejus inquisitionem fuit constitutus, subordinata Mesologarithmo Inclinationis in eo intersticio, quod supra, membro quinto, relinqueret jussus es.</p> <p>8. Constituta & limata prosthaphæresis Orbis, secundum suum titulum, quem supra acquisivit, vel adjiciatur ad Locum Solis, vel ab eo auferatur; ita proibit cuiusque Planetae locus longitudinalis in Ecliptica.</p> <p>Hic quia superiorum Elongationes excurrere possunt usq; ad gradus 180, seu Signa 6; earum additio, vel substractio à loco Solis est paulo molestior. Id si quis fugit, Prosthaphæresin potius Orbis, viä contraria titulus Elongationis, à loco Eccentrico ad Eclipticam relato auferat, aut ad eum addat, hoc attento, quod locus Planetae verus hac ratione semper propior loco Solis fieri debet, quam erat locus illius Eccentricus.</p> <p>9. Elongationis, quæ in qualibet Planetarum secesserit, Logarithmum, & Mesologarithmum Inclinationis invicem subordinatos membro 7. in una Summarum conjice, seu calamo mente: à Summa aufer Logarithmum Anguli Computationis, quem etiam subscribere loco inferiori, jussus es in membro quinto præcedenti: sic relinquetur Mesologarithmus, qui secundum præmissa, prodet Latitudinem. Manet autem Latitudini, plaga seu titulus idem, qui supra cum Mesologarithmo Inclinationis fuit exceptus.</p> <p>EXEMPLUM EX GENESI RUDOLPHI.</p> <p>In præceptis superioribus jam tradiximus exemplum hoc per prima septem membra præceptis hujus.</p> <p>Igitur octavo, cum fuerit Locus Eccentricus in Ecliptica, in h 4</p> <p>Præcepto 92. Et locus \odot 5.22. 5Ω 5.22. 5Ω Et Prosth. 2.42.40 1.21.26 Et Elong. 153. 6.32. Sub. 7.11.37. Add. Ergo loca 2.15.32 λ 12.33.42 Ω.</p>	<p>090</p> <p>088</p> <p>094</p> <p>084</p> <p>099</p> <p>079</p> <p>139</p> <p>039</p> <p>189</p> <p>Ende</p> <p>Anfang</p>
---	---